

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Dürfeld David Sandow

**Seculare Laudis Sacrificium Regi Regum & Domino Dominantium Jesu Christo  
Aeterno Dei Filio Victori Draconis & Squamarum Ejus Ob tam benigne per duo  
haec secula A salutari reformatione Magni Lutheri ... Güstroviensis Collegis**

Gustroviae: Typis Lemckianis, 1717

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832093122>

Druck Freier  Zugang





clK-9453 (1)

26  
86  
**SECULARE LAUDIS  
SACRIFICIUM  
REGI REGUM & DOMINO  
DOMINANTIUM**  
**JESU CHRISTO**  
A E T E R N O  
**DEI FILIO**  
**VICTORI DRACONIS & SQVAMA-  
RUM EJUS**

Ob tam benigne per duo hæc secula

A salutari reformatione Magni Lutheri

*Singulariter ad divinum hoc opus electi,*

IN SUA INTEGRITATE & PURITATE  
CONSERVATAM ECCLESIA M.

Humilime oblatum

a

*Nonnullis Athenæi Güstroviens*

COLLEGIS

GUSTROVIAE,

*Typis LEMCKIANIS. Anno*

MagnVs In arCession pergit spLenDere LVtherV.

1717

Progr

cen

HA

D

EL

effit

STO

fffer

NI

De

CU

sion

NN

rob

[A]

atid

TA

one


US

ion

JE

co

Natura & omnibus præalentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi;



Ptata fulget lætitiae dies,  
Servanda semper pectore sub pio:  
Salveto festa lux, beatæ  
Queis animus recreatur horæ!  
Hoc sole, fido Christiadum gregi  
Renata fax Evangelii fuit:  
Martinus hoc Lutherus olim  
Pontificum patefecit artes.

Est nota fraus, SPONSÆ Domini poli,  
Qvam struxit, orbis fidere splendidæ:  
Cuius caput cinxere stellæ,  
Sub pedibus micat atqve luna.

Magnus Lutherus cum sociis suis,  
Est Angelus, qvi per medium poli,  
Evangelî volans decorum  
Perpetuum referebat orbi.

Qvem mox secutus Nuncius alter, &  
Dixit triumphans: Occidit, occidit:  
Romana jò Babylon ruinam,  
Ecce dedit, dabit atqve porro.

Vah, nundinantes, putet ut improba  
Merx vestra cœlo Tezeli & affeclæ!  
Missæ, rosaria & piacula  
Ære animis miseris paranda.

)( 2

Nugæ

*Progr*

Nugæ faceſſant, tradita per manus  
Incerta ceſſent, vota monaſtica!

Humana non figmenta ſervant,  
Sed tua vivida verba Christe:  
Accenſa lampas ſede ſacra DEI,  
Perfecta vitæ regula biblia,  
Ecclesiæ ut fuit reſtituta,  
Fictitius ruit orbe cultus.

Qvæ norma vitæ nos docet, hæc rata:  
Qvæ diſcrepan his impia dogmata,  
Spernuntur atqve diſſipantur,  
Ceu palea exagitata vento.

Veræ ſecutus qvi fidei Pharum,  
Mox cum Lutherο ſtulta reliqverit,  
Babele & hinc miſſa nefanda,  
Juſſa leget Domini polorum.

Sunt facta cœli divite gratia,  
Qvæ ſunt precati ſecula plurima:  
Evangeli lux alma sanctis  
Symbola & intemerata perſtant.

Ne dimovetor lux fidei loco,  
Lychnuchus ardens porro refulgeat,  
Nobis nepotibusqve feris  
Perpetuo, rogitamus omnes,

Clemente dextra protege PRINCIPEM,  
Cœlo datum nobis PATRIÆ PATREM:  
Rectore quo ſtat ipta virtus,  
Firma qvies pietasqve terræ.

Ecclesia & res publica floreat,  
Suavesqve fructus parturiant Scholæ,  
Et jubilo legant futuro  
Materiem numeris amicam,

*Atten-*

roni Magni, literarum Promotores atqve Fautores optimi;

Attendit mentem, suspice grex pie!  
Quæ vota promis, suscipit æther, &  
En Halleluja turba dicit: Apoc. 19.  
Gloria sit Domino salusque.  
Cantate laudes Angelici chori:  
Et vos seqventes Angelicos modos  
Seni quater, laudate SUMMUM,  
Presbyteri simul & Magistri.  
Fas hisce iungi jubila nostra sit,  
Dilecte JESU, & promere, quæ Scholæ  
Tibi student, quod ex eremo  
Sponsa tua est renovata luci.  
Nunc pande portas læta Sion tuas,  
Ingressus ut iusto pateat gregi:  
Sit laus tibi viator draconis,  
Jubila sint rata nostra Christo!

M. JACOBUS DÜRFELDIUS,  
Con-Rect.

**A**ltera complementur fatali sæcula cursu,  
Sæcula, quæ reducem fausto dant sydere lucem,  
Cujus in exortu festis clangoribus æther,  
Quæ melior patet aura sonat, resonatqve vicissim.  
*Dñe Pater, Tua fata canunt, Tua facta, beatis  
Condita jamdudum fastis, memorare laborant,  
Quotquot ab æterno missum Te Numine norunt,  
Ut calamo, MARTINE, Tuo spolia ampla Leoni  
Eriperentur, & eximum Tibi robur ab alto  
Concessum sentiret atrox, feralia spirans,  
Colluvies, totum quæ dementaverat orbem.*

103

Non

*Progr*

Non eqvidem ignari sumus irarumque, minarumque,  
Innocuum qvibus excipiunt, & gutture pleno  
Consputare student studium, diversa seqventes:  
Non tamen his fractos diris, technisve decentis  
Dememinisse decet pietatis; amica Jehovæ  
Nulla reformidant furiarum spicula corda.

Hos nobis animos magni dedit enthea virtus  
MARTINI, cuius qvicqvad profluxit ab ore,  
Ingentem monstrare potest animumque, fidemque.  
Seu Capitolino terroreret fulmine Papa,  
Seu rigido Cæsar proscriberet ordine; semper  
Inconcussa stetit mens, & formidinis expers.  
Qvalis, dum venti strident, dum fluctibus æqvor  
Spumat, ad insultus nequaquam frangitur istos,  
In mediis qvam cernis aqvis, durissima cautes:  
Talis erat, magno munitus corde, LUTHERUS,  
Non Petro nixus, sed, qvam confessio Petri,  
Innuerat, *Petra*, tanto munimine tutus!

Felix egregiis, pleno qvæ Copia cornu,  
Affudit Tibi, Saxo, bonis, dum clara refulsit,  
In tenebris Lux, certa viæ vestigia monstrans!  
Præco DEI Islebiæ vitales hauserat auras,  
Qui vitam terris, hiemali frigore pulso,  
Redderet optatam, meliusque reduceret ævum.  
Leucoris Hunc decori supremo admoverat, ingens  
Perceptura decus, tanto Doctore sacratas  
Distribuente DEI gazas, & Dogmata pura.

Nec tamen has tantum complevit Saxonis urbes,  
Relligio renovata; sed & plus tenditur ultra,  
Ipse suo fovet amplexu Septentrio formam  
Doctrinæ melioris, & ista Luce coruscat.

Non magnis eqvidem Regnis metimur honorem,  
Qvem sibi Relligio poscit, parvumque tueri,

Con-

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi;

Consimili ratione gregem, Te, Maxime Rector,  
Novimus; at grates tamen hic persolvere fas est,  
Pro tanta bonitate Tua, qvæ pluribus istam  
Gentibus accedit Lucem, tenebrasqve fugavit.

Desine funestos studio memorare procaci,  
Rasa cohors, aëtus, qvibus infensissima sacris,  
Voce repurgatis viva scriptisqve LUTHERI,  
Sæpius insidias struxisti, sæpius ima  
Ab radice DEI plantas evellere, nisu  
Barbarico, tentasti: ingens Clementia Summi  
Infirmis vires suffecit, & hactenus ausus  
Immanes fregit, compescens voce furentes.  
Multa qvidem ferro, non verbo pulsa, Paternis  
Sedibus excessit turba, & mala plurima sensit;  
Multa gemit rigidis sub legibus: hoc tamen ipsum,  
Et decus, & veræ nobis solamina præbet  
Virtutis, qvam fata premunt seqviora, probantqve.

Tu nobis firmum columen, Tu certa salutis  
Anchora, summe DEUS, toto Tibi pectore grates  
Concinimus, qvos blanda tegit Tua dextra, feroceſ  
A nostris abigens arvis & finibus hostes,  
Qvi variis studuere modis deludere vulgus,  
Qvi summis etiam fumos & inania rursum  
Vendere Principibus non erubuere, pudendis  
Artibus; hos valide Tua dextra, Jehova, repressit,  
Detexitqve dolos, & fumos dispulit omnes.

Terruerat gentes diro Bellona flagello,  
Et nostros etiam sex per qvinquennia campos,  
Multæ strage virûm, pecorumqve repleverat, illud  
Ereptura decus, qvo non præstantius ullum.  
Nempe salutiferas haurire è fonte Salutis  
Nos nolebat aquas, priscis potare lacunis,


Obseqvio

*Progr*

Obseqvio cœco mentes addicere , magna  
Fraude laborabat Cleri vesana libido.  
Sed tantis etiam nos mergi fluctibus , haud est  
Passa DEI , qvæ cuncta gubernat , provida cura;  
Restituit pacem , felicia reddidit oris.  
Tempora Vandalicis , dulces Ecclesia voces  
Magnorum fidei præconum largiter hausit.  
Testis adest vicina Rosis Academia florens ,  
Depositum Verbi , summis cum laudibus , omni  
Tempore conservans , & late lumina spargens :  
Testes tot cathedræ , tot splendida templa , perenni  
Qvæ radiant Domini fulgore , nec hostica curant:  
Testis & hocce piis studiis linguisque dicatum ,  
Magnorum pietate Ducum , prælustre Lyceum.  
Pura sacri nobis sonuerunt dogmata verbi ,  
Postquam præstigias , fraudes , deliria Patres  
Detexere , qvibus Latii nos Aula fefellit.  
Pura sacri canimus Cultus fundamina , festis ,  
His , orbi , qva parte vigent meliora , diebus !

Suscipe , sancte DEUS , qvæ nunc subjungere vota ,  
Nostra parat pietas : *Da , puro lumine verbi*  
*Collustrata Tibi cedant tot pectora cæca!*  
*Tu cœtum defende tuum ; discordia , rixa ,*  
*Ira , supersticio cessent , & qvicquid obesse*  
*Ipse gregi nosti , procul hinc dispelle : beatam*  
*Da requiem , turbas inter , tot & horrida mundi !*  
*Tranquillos CAROLUS LEOPOLDUS transigat annos !*  
*Floreat , Hoc regnante , salus Regionis , eique*  
*Juncta salus sancti Cœtus ! Sic DIVE LUTHERE ,*  
*SEMPER HONOS , NOMENQUE TUUM , LAUDES-*  
*QUE MANEBUNT !*

DAVID SANDOW , Gymn. Coll.



Nutritio & omnibus præsentibus , carmine Germ.  
roni Magni , literarum Promotores atque Fautores optimi :





OS 9 50

De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis studiis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, instituiert werden. Solcher Kloster-Schulen seyn s. im Lande schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie eni der Universität nach Helmstädt mit Nutz verschick Cum deinde turbulentum Brunsvicum, mox vero Gv cum adiisset, in secessu vicino Hessen ab Avia sua te receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates auto semenses, dictaque Monasteria latius enarrabunt Autor Baringium reperiundi.

### §. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d. præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M. Bericht nach, sollen die Salz-Röten jährlich 2 Tonnen tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g. Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet. vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar. SIGIUS, pleniorum sine dubio dabunt notitiam in *Bt xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore liberorum Parentis facti, cuius πολυτελίας alia pluram peditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17 *CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2* Jac. THOMASII, *Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n. omittam STEPNERUM in *Inscript. Lipsiensibus:* A

